UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661

De Secvndis Nvptiis. Titvlvs XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

DE SECVNDIS NVPTIIS *a*.

TITVLVS XXI.

CAP. I.

Secundæ nuptiæ non benedicuntur, & benedicens puniendus eſt.

Alexander III.

CApellanum *b* (quem benedictionem cum ſecunda conſtiterit celebraſſe) ab officio, beneficioq; ſuſpenſum, cum literarum tuarum teſtimonio, ad ſed. Apoſt. nullatenus deſtinare poſtponas.

CAP. II.

Dubitans de morte conjugis, niſi prius certificetur, contrahere non debet: & ſi contraxit, reddat, ſed non exigat debitum: & poſtmodum ſi ſciat primam vivere, dimittat ſecundam. Abbas Sic.

Lucius III. *univerſis Chriſtianis in captivitate Saracenorum poſitis.*

DOminus *c*, ac redemptor noſter: *& infrà.* Sanè ſuper matrimoniis, quæ quidam ex vobis (nondum habita obeuntis conjugis certitudine) contraxerunt: id vobis reſpondem⁹, ut nullus amodò ad ſecundas nuptias migrare præſumat, donec ei conſtet, quòd ab hac vita migraverit conjunx ejus. Si verò aliquis vel aliqua, id hactenus non ſervavit, & de morte prioris conjugis adhuc ſibi exiſtimat dubitandum, ei quæ ſibi nupſit, debitum non deneget poſtulanti: quod à ſe tamen noverit nullatenus exigendum. Quòd ſi poſt hoc de prioris conjugis vita conſtiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem conjugem revertatur.

CAP. III.

Si unus ex conjugibus fuit aliàs benedictus, non debent ambo de novo benedici.

Vrbanus III. *Vigilien. Epiſcopo a.*

VIr autem *b* & mulier ad bigamiam tranſiens non debet à Presbytero benedici: quia cùm alia vice benedicti ſint, eorum benedictio iterari non debet.

CAP. IV.

Mulier nubens intra annum lugubrem, infamiam non incurrit. h.d. cum ſequenti. Abbas Sic.

Idem *Exonien Epiſcopo.*

SVper illa quæſtione *c*, qua quæſitum eſt, an mulier poſſit ſine infamia nubere intra tempus luctus ſecundùm leges definitum: Reſpondemus, quòd cùm Apoſtolus dicat: Mulier viro ſuo mortuo, ſoluta eſt à lege viri ſui: in Domino nubat, cui voluerit: per licentiam & auctoritatem Apoſtoli, ejus infamia aboletur.

CAP. V.

Summatur, ut præcedens.

Innocentius III. *P. Nobili mulieri.*

CVm *d* (ſecundùm Apoſtolum) mulier mortuo viro ſuo, ab ejus ſit lege ſoluta, & nubendi cui voluerit, tantùm in Domino liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiæ ſuſtinere jacturam, quæ licet poſt viri obitum intra tempus luctus (ſcilicet unius anni ſpatium) nubat, conceſſa ſibi tamen ab Apoſtolo utatur poteſtate, cùm in his præſertim ſeculares leges non dedignentur ſacros canones imitari.

a *Vid. Magiſtrum, & Theologos l.4. ſent. diſt. 42.* b *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* c *Ca.2. eod. tit. in 1. comp. huc ſpectant tradita ſupr. de ſponſalib. ca. in præſentia.*

a *al. Vigo. al. Vig.* b *Ca.1. eo. tit. in 1. comp. & poſt ſim. la. ſub Alex.3. p.9. c.1.* c *Ca.2. eo. tit. in 1. comp. & poſt ſim. la. p.9. c.2.* d *Ca.1. eod. tit. in 3. comp.*

FINIT LIBER QVARTVS.

DECRETALIVM EPISTOLARVM GREGORII LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, INQVISITIONIBVS & denunciationibus.

TITVLVS PRIMVS.

CAPITVLVM I.

De perſona accuſatoris prius quærendum eſt in judicio.

Felix Papa *a*.

SI legitimus *b* non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus.

CAP. II.

A denunciatione repellitur is, qui non præmonuit.

Idem *Epiſcopis per Galliam conſtitutis.*

SI quis Epiſcopus *a* ab illis accuſatoribus, qui recipiendi ſunt, accuſatus fuerit, poſtquam ab eis charitativè conventus fuerit, ut cauſam emendet, & eam corrigere noluerit: non olim, ſed tunc ad primates cauſa ejus canonicè deferatur.

CAP. III.

Criminatio prælati debet tractari coram illis, quorum intereſt.

a *Primus. epiſt. 1. & 2. an. eo. 270. id eſt, Claudio, & Paterno, Coſſ.* b *C.1. eod. tit. in 1. comp. vid. Bald. in l. damni. §. ſi alieno. ff. de damn. infect.*

a *Cap.8. eod. tit. in 1. comp. vid. Thom.2.2. q.33. art.7.*